Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Venite post me. & faciam uos fieri piscatores
hominum. At illi continuo relictis retibus.
secuti sunt eum. Et procedens inde. uidit
alios duos fratres. iacobum zebedei. &
iohannem fratrem eius in naui cum zebedeo patre
eorum reficientes retia sua. & uocauit eos.
Illi autem statim relictis retibus & patre. secu
ti sunt eum. Et circuibat ihesus totam gali
leam. docens in synagogis eorum. & praedicans
euangelium regni. & sanans omnem lan
guorem. & omnem infirmitatem in populo.
Et abiit opinio eius in totam syriam. Et obtu
lerunt ei omnes male habentes uariis languo
ribus & tormentis comprehensos. & qui dae
monia habebant. & lunaticos. & paraly
ticos. & curauit eos. Et secutae sunt eum turbae
multae de galilea. & decapoli. & de hieroso
limis. & de iudea. & de transiordanen.

.IIII.